

8.55.4

*Idem AA.*

Perfecta donatio condiciones postea non capit, quare si pater tuus donatione facta quasdam post aliquantum temporis fecisse condiciones videtur, officere hoc nepotibus eius fratriis tui filiis minime posse non dubium est.

*D. k. Oct. Tiberiano et Dione consss.*

[a. 291]

8.55.5

*Idem AA. et CC. Dexippo.*

Si quid mater filiae suae in potestate patris constitutae sub hac condicionis, si fuerit intra biennium emancipata, donavit, licet hoc matris voluntate sui iuris effecta non tenuit, tamen prius marito defuncto sui iuris quocumque modo effecta ad similitudinem legati ita relictii rem donatam firmiter habere vel vindicare potest.

*S. id. Dec. Nicomediae CC. consss.*

[a. 294]